

# De fontibus et ordine Anthologiae Cephalanae.

Part. II.

---

## 2. *Philippi Thessalonicensis Corona.*

Lege de hac Corona saeculo post Christum facta disputationem Iacobsii in Proll. p. XLIII sqq. Fragmenta Anthologiae Philippeae indubitata tredecim agnovit Passovius: V, 104—133. VI, 87—108. 227—261. VII, 364—405. 622—645. IX, 81—89. 215—312. 403—423. 541—562. X, 18—25. 100—103. XI, 23—46. 49 et 50. 318—327 excepto uno 323 Palladae Alexandrini. Quod ita probavit, ut poetas partim eos esse, quos Philippus in prooemio nuncupat, demonstraret, partim eos, quos idem nomine τῶν περισσῶν complexus sit, quum vitae temporibus inter Meleagrum et Philippum mediis aut necessario sint assignandi, aut, ubi diserta aetatis indicia desiderentur, certe non repugnent. „Vnum obstat Antipatri Sidonii nomen, tribus epp. praefixum, VI, 93. VII, 625. IX, 231. At quum reliqua omnia in nostram sententiam amice conspirent, tria haec carmina ad Thessalonicensem Antipatrum referre eo minus dubitandum videtur, quo arctiore vinculo per ordinem litterarum ceteris epp. adstricta sunt, quibus in Cor. Phil. locum datum fuisse aut certis argumentis scimus aut probabili facillique coniectura ducti suspicamur.“ Etiam ordinis litterarum non fugientia vestigia his locis hic illic leviter sunt impressa, sed ita regnant, ut duplex indicium ubique coniunctum reperiatur, et ut vix dubium esse possit, quin Const. Cephalas ipsam adhuc Philippi Coronam oculis

usurpaverit et manibus triverit, et ita in ea exscribenda sit versatus, ut, quae ad singula novae Anthologiae capp. pertinerent, eodem prorsus repeliverit ordine, quo apud Philippum invenisset epp. (Ultima verba „et ita — epp.“ non omni ex parte vera sunt.) Locus enim XI, 23—46 videtur tantum repugnare, quia non turbatus ibi est litterarum ordo, sed inversus. Duo praeterea loci, in quibus littera  $\Sigma$  inter  $E$  et  $H$  inserta est (VI, 239. IX, 410), ita facillime cum sententia nostra consociantur, ut Philippi orthographiam  $\Sigma\mu\eta\nu\epsilon\omicron\varsigma$  et  $\Sigma\mu\iota\nu\theta\omicron\varsigma$  sive a Constantino sive ab eius librario temere mutalam esse credamus. Haectenus Passovius. — VI, 87 anonymum in cod. Plan. Agathiae tribuit. Dubium igitur, utrum propter litteram  $A$ , quae prima est, agmen epp. Philippicorum ducere credendum sit, an propter lemma Anth. Plan. fragmento Cycli Agathiae annumerandum: quaequam illud multo verisimilius. In cap. X ordo iam ab ep. 17 incipit, non a 18, ut Passovius dicit. In cap. XI primum ep. Cor. Phil. fortasse non 23 est, sed 24: quod exposui in diss. mea p. 87. Epp. Antipatri Sidonii falso inscriptis accedat IX, 407, quod ad Antipatrum Carystium demonstrabo. IX, 547 etiam ordinem elementarium interrumpere ( $T$  inter  $K$  et  $K$  positum est), Passovius non notavit: quamobrem aliunde illatum esse videtur. Iam fragmenta quaedam minora Cor. Phil. adiungo, in quibus etiam litterarum ordinis vestigia deprehenduntur: V, 30—34. VI, 348—350. VII, 38—40, fortasse —42. 174—176. 183—187. 233—240. 691—694. 699—703, fortasse —705. 741. 742. IX, 108—110 fortasse, 438. 439. 705—709. XI, 65—67. 346—348, fortasse 344—348. Non mirum tibi videbitur, in fragmentis Cor. Phil. compositionem secundum argumentum plerumque non praeberi. In singulis poetis enumerandis eundem ordinem sequor atque in Cor. Mel.

*Poetae, quos Philippus ipse in prooemio nuncupat.*

*Antipater Thessalonicensis:* de quo vide Ant. Sid. in Mel. Cor. *Crinagoras* VII, 744, quod in Anth. Pal. Tom. I.

*Κριναγόρου* inscriptum est, Diogenes Laertius sibi vindicat. Neque, quod Iac. putat, scholiastes cod. Crinagorae tribuere voluit. Scribens enim: *εἰς εὐδοξὸν κριναγόρου τὸν κνίδιον συγγραφέα* etc. patrem Eudoxi, non poetam indicare voluit, quod collocatio verborum extra dubitationem ponit. Eximendum igitur in Ind. poet. hoc ep. e nomine Crinagorae. [A. i. IX, 65.] *Antiphilus Byzantius*. In Ind. poet. IX, 46 Antipatri est, non Antiphili. [A. i. IX, 13. 123. 439.] *Tullius*. In A. P. inveniuntur epp. Tullii Flacci, non diversi a Statyllio Flacco, Tullii Gemini, Tullii Laureae, Tullii Sabini. Tullii *Gemini* vel Gemini epp. in partibus Cor. Phil. collocata sunt, itaque hic is Tullius est, quem Philippus nominat. Eius sunt a) haec epp. Tullii Gemini nomine insignita: IX, 707. Plan. 205. b) Gemini VI, 260. VII, 73. IX, 188. 414 (*γαίμνον*). 740. Plan. 30. 103. Eiusdem procul dubio est IX, 410 in parte Anth. Philipp. Tullii Sabini, quod Plan. recte Tullii Gemini inscripsit. Tullii *Laureae* duo inscribuntur VII,\* 17. 294 (*τατυλλίου λαυρέα*, ut Iac. in Cat. poet. dicit), unum Laureae XII, 24. — VII, 17 incipit a littera *α*, 18 Antip. Thess. ab eadem; VII, 293 est Isidori Aegeatae, qui ad Phil. Cor. probabiliter pertinuit; XII, 25 est Statylli Flacci, non minus poetae Philippici, ut videtur. Quae vestigia si iure tuo non satis certa existimes, aetas tamen, si suspicionem Fabricii, hunc Tullium Lauream libertum esse M. T. Ciceronas, quem carmen latinum in thermas Ciceronianas scripsisse novimus ex Plin. hist. nat. XXXI, 2, amplectaris cum Reiskio, probabilitatem coniecturae meae auget, hunc quoque receptum fuisse in Phil. Cor. Quod nescio quomodo sine haesitatione affirmare potuerit Iac. in Cat. poet. p. 907 sibi ipse repugnans, qui p. 897. de Gemino agens, utrum hunc an Lauream intexuerit Philippus Coronae suae, non constare fateatur. [A. i. IX, 741.] *Philodemus*. In Ind. poet. pro XII, 137 lege 173 et adde XI, 34. 35. [A. i. V, 8. 80. 101. 113. 115.] *Parmenio Macedo*. XIII, 18 Parmenontis inscriptum, quod fortasse dedicantis nomen, non poetae. [A. i. VII, 240. XI, 5. 65.] *Antiphanes*. VI, 88 gentile *Mu-*

κεδόνος habet, IX, 258 *Μεγαλοπόλιτον*, ambo in partibus Cor. Phil. Duo igitur fuerunt Antiphanes: alter *Macedo*, alter *Megalopolita* in Cor. Phil. Quomodo caetera epp. inter hos dispertiantur, inquirere nunc meum non est. Iacobsius nihil de diversis nominibus gentilibus dicens de uno tantum poeta agit, Passovius recte duos fuisse statuit. *Automedon*. XI, 46 in parte Cor. Phil. in cod. Pal. inscribitur Antimedontis Cyziceni, in Plan. Automedontis Cyziceni. Credendum haud dubie, quia Philippus ipse Automedontem, non Antimedontem appellat, Anth. Plan. et Automedon Cyzicenus habendus est. Huic igitur omnia Automedontis epp. tribuenda: at VII, 534, quod non in parte Cor. Phil. legitur, inscriptum est *Αἰτωλοῦ Ἀὐτομέδοντος*. Num alterum statuamus exstitisse Automedontem Aetolum incertae aetatis? Non puto: gentile nomini praepositum corruptelam redolet. Fortasse Alexandri Aetoli est, fortasse nostri Automedontis. *Zonam* et *Diodorum* Philippus se Coronae suae intexuisse dicit. Iam opp. ita inscripta in partibus Cor. Phil. inveniuntur: praeterea VII, 365 *Ζωνᾶ Σαρδιάνου τοῦ καὶ Διοδώρου* in parte Cor. Phil., unde Zonae nomen accuratius discimus: *Diodorus Zonas Sardinianus*. Sardinianum fuisse haec quoque epp. docent: VII, 404. IX, 226. 312 Zonae Sardiani; IX, 219 Diodori Sardiani. Huic itaque ea, quibus solum Zonae nomen praefixum est, tribuas: VI, 22. 98. 106. IX, 556. XI, 43. Alter *Diodorus Grammaticus* appellatus est VII, 700. 701 et *Tarsensis* VII, 235. Ad hunc referenda, quae Diodori nudi nomen prae se ferunt, V, 122. VI, 243. 348. VII, 38. 40. 74. 624. 632. IX, 60. 405. 776. Iam vide quantopere ab hac argumentatione abhorreant Iacobsius et Passovius, qui illum haud cunctanter secutus est. Iac. loco Strabonis, quo duo clari Sardiani laudantur, quorum alter Zonas appellatur, commotus est, ut Diodori et Zonae nomine a Philippo hos duos significari crederet, Tarsensem Grammaticum, etiam e Strabone notum, tertium esse epp. poetam. Iam antequam accuratius vestigia Cor. Phil. indagavi, sententiae illi diffidebam, quum *Διοδώρου νεωτέρου*, quo

nomine Strabo alterum Diodorum Sardonum a Zona distinxit, nomen in codice non reperitur. Nunc res planissima est: Diodorum Grammaticum Tarsensem Diodori nomine notavit, non enim poterat aliter: Diodorum Zonam Sardonum Zonae nomine: qua ratione prudentissime eum et ab illo et a Diodoro Iunior Sardonum separavit. Hic igitur, Diodorus Iunior Sardonum, quem Strabo sane μέλη και άλλα ποιήματα scripsisse testatur, quanquam non e poetarum ordine, certe e poetis epigrammaticis Anthologiae Cephalanae expungatur. *Bianor Bithynus Grammaticus*. [A. i. IX, 252.] *Antigonus*. IX, 406 Ἀντιγόνου Καρατίου, lege Καραυστίου: Plan.: Ἐπιγόνου Θεσσαλοῦ. *Evenus*. Lemmata variant in nomine gentili. *Grammaticus* fuit in Cor. Phil., quod testatur IX, 251; XI, 49 ei tribuendum est Pass. sententia, qui 49 et 50 partem Cor. Phil. nominat: etiam IX, 602 *Atheniensis*, Iac. sententia eiusdem hominis. De ceteris epp. nihil certi habeo, quod proferam: singularem de Evenis poetis scripsit dissertationem Dr. Wagner, Vratislaviae 1838, quam nosse nondum mihi licuit. *Philippus Thessalonicensis*, conditor Coronae. Ad Ind. poet. adscribe VI, 107, exstingue XI, 34. 35, quae Philodemi sunt. [A. i. IX, 150. 266. 269. 562. 563. 742.]

*Poetae, quos Passovius Coronae Philippicae vindicavit.*

*Addaeorum* vel *Adaeorum* (sic enim cod. Pal. variat) nomen haud infrequens est. Epp. XI, quae Anth. Ceph. praebet, duobus nomen gentile adiunctum est: VI, 228 Macedonis in parte Cor. Phil., VII, 305 Mitylenaei, non in parte Cor. Phil. collocatum. Iam quum Addaeus *Macedo* in Cor. Phil. receptus sit, ei tribuenda epp. Addaei in partibus eiusdem Cor.: VI, 228. 258. VII, 238. 694. IX, 300. 303. 544. X, 20 et propter argumentum, quod bene congruit cum eius origine, VII, 51. 240. Quo pacto undecim epp. unum tantum restat, ipsum illud VII, 305 Addaei Mitylenaei. Idcirco suspicio Iac. in Cat. poet., Mitylenaei fortasse nonnisi unum esse demon-

stratione mea confirmata est. Aetas tamen Addaei Macedonis, quem Iac. vixisse vult Alexandri Magni temporibus, nunc rectius deliniri potest: quippe poeta Philippicus inter annum centesimum a. Chr. et annum centesimum p. Chr. floruit, ita ut cum Passovio bene is, quem inter rhetores sui aevi recenset M. Seneca in Controv., haberi possit. Addaeus Mitylænaeus contra poetis incertis adscribatur, nisi fortasse cum Pisandro Rhodio VII, 304, quem tamen secundum lemma Nicolao Damasceno debere potest Ceph., receptus fuit in Mel. Cor., quod 295—303 poetarum Meleagricorum probabile reddunt. *Aemilianus Nicaeensis*. Antipater Carystius: sic in Anth. Pal. T. II. p. 144. Cod.: Antipater Sidonius Carystii nomen perperam ex ep. antecedente repetitum est. Passovius, si Comment. crit. inspexisset, non opus habuisset haec scribere: „nomen aperte mendosum, sive ex ep. praecedente Antigoni Carystii idem huc transierit gentile ad Antipatrum Thessalonicensem, sive Antigoni nomen Antipatro substituendum.“ Antiphane Megalopoliita: iam tractatus est cum Antiphane Macedone. *Antistius*. Iac. „Antistium quendam Sosianum novimus, quem factitatis in Neronem probrosis carminibus exilio multatum esse narrat Tacitus Ann. XVI, 14. — Sed huiusne fuerint Antistii nostri reliquiae, an alius, nemo facile dixerit.“ Nunc recte cum Passovio statuas, forsitan illum esse poetam nostrum. *Apollonidas*. XXXII epp. in Ind. poet. notata sunt, de quibus demas IX, 400, quod Antipatri est, et Plan. 235 *Ἀπολλωνίου Σμυρναίου*. Nulla causa huius nominis cum Apollonida mutandi nostrique poetae Smyrnaei appellandi: reiiciatur Apollonius Smyrnaeus aliunde ignotus ad Anthologiam Planudeam. In Cor. Phil. est Apollonidas, cuius patriam ignoramus, sub Augusto et Tiberio florens. *M. Argentarius*. Pass.: „vixit sub Tiberio, idem baud dubie Argentarius, ex quo passim profecit M. Seneca in Controv.“ Corrige verba in Pass. quaest. male locata: „dubiae aetatis“ ad Lollium Bassum, „id. — Controv.“ ad M. Argentarium pertinent. In Ind. poet. pro VI, 20 lege VI, 201. *Lollius Bassus*,

qui modo sic, modo Bassus Lollius, modo Bassus nominatur. Ep., quo *Smyrnaeus* dictus est, non legitur in parte Cor. Phil., XI, 72, et a Plan. Nicarcho adscribitur. In Ind. poet. pro IX, 55 lege 53, et pro X, 101 lege X, 102. Ceterum IX, 53 Nicodemi etiam inscriptum, huius est, quippe ἀνάστραφον. *Boëthus elegiographus*. Pass.: „fortasse Tarsensis, Augusto concedente ex urbe patria, quam impune expilaverat, eiectus, κακὸς μὲν ποιητής, κακὸς δὲ πολίτης, teste Strab. XIV, 4, 14.“ Diocles: VII, 393 Dioclis Carystii in parte Cor. Phil.: VI, 186. IX, 109 Iulii Dioclis: XII, 35 Dioclis. Non diversum esse Iulium Dioclem a Diocle Carystio Iac. credit, quamquam hoc non satis certum sit. Aliquid roboris nunc accrescit puto huic opinioni. Nomen Iulii, quod Graecum hominem indicat Romana civitate donatum, ad poetas Cor. Phil. bene quadrat. Alterum sane ep. VI, 186 inter epp. Zosimi Thasii et Alcaei positum nihil nos iuvat, sed alterum IX, 109 inter ἀδέσποτον et ep. Alpei Mitylenaei iniectum est, quem probabiliter in Cor. Phil. fuisse demonstrabo. Insuper haec tria epp. a littera O incipiunt. Dioclis vero ep. in Musa Stratonis Automedontis ep. praecedit. Totum igitur hominis nomen est *Iulius Diocles Carystius*. *Diotimus Milesius*: quem tractavi in Cor. Mel. cum Diotimo, poeta Meleagrico. *Epigonus Thessalonicensis*. [A. i. IX, 260. 406, quae tamen eius non sunt.] *Erycius*. (VII, 36 Ἐρύκιον, IX, 824 Ἐρύκιον inscriptum.) *Thessalus* fuit in Phil. Cor., quod testatur unum ep. sic inscriptum VII, 397: *Cyzicenus* Augustei saeculi ad eam pertinuisse videtur. VII, 230 sic inscriptum a littera A incipit, (sequuntur proxime 231. 232 Damagetae a littera Ω et Antipatri a littera A incipiens), 233—240 poetarum Philippicorum sunt, quorum primum et secundum etiam initialem habent A. Utrius cetera sint, dubium est. Quorum haec in partibus Cor. Phil. offeruntur: VI, 96. 234. 255. VII, 174. 368. (quod Iac. procul dubio Cyziceni esse dicit), 377. IX, 233. Haec videntur in Phil. Cor. fuisse: VII, 36. Plan. 242: unum in fine cap. apparet IX, 824. — Pass. Thessalum, non Cyzice-

num nominare debebat in quaestione sua. *Etruscus Messenius*. Pass.: „incertae aetatis, quamquam nihil obstat, quo minus eundem cum Etruscum putemus, quem cum filio a Domitiano in exilium missos esse novimus ex Martiale, VI, 83. VII, 39. *Heraclides Sinopensis*, quem tractavi cum Heracleto, poeta Meleagrico, „incertae aetatis, Diogene Laertio tamen antiquior.“ *Macedonius Thessalonicensis*. Iac. unum tantum novit Macedonium poetam, Consulem. Sed certissimis indiciis cum Passovio duo huius nominis poetae distinguendi sunt. Longe enim maxima Macedonii epp. pars in fragmentis Cycli Agathiae legitur aut propter cognomen Consulis additum ad hunc, qui sub Iustiniano floruit, pertinet: ita ut tria tantum, quorum unum gentile habet Thessalonicensis, in partibus Cor. Phil. supersint. Huius, qui ideo inter Mel. et Phil. tempora vixisse censendus est, sunt: IX, 275. XI, 27. 39. *Quintus Maecius*, sic semel, semel Quintus, semel Baccius, praeterea tum Maecius, tum Maccius scribitur in cod. *Mucius Scaevola*. *Myrinus*. *Onestis* epp. semel Byzantii, semel Corinthii gentile additum est. Iam hi poetae accurate distingui possunt. IX, 216 *Corinthii* est in parte Cor. Phil.: itaque ad hunc omnia pertinent in partibus huius Cor. IX, 216. 225. 230. 250. 292. XI, 32. 45. Alter quo pertinuerit, infra dicitur. Proximo loco Pass. nominat Philippum Carystium: ita sane ep. in Anth. Pal. Tom. I, VII, 394, inscriptum est, sed in Comm. crit. error notatus: nomen enim gentile ep. VII, 393 repetitum est et cod. habet: *Θεσσαλονικέως*. Itaque Philippus Carystius nullus est, ep. Philippi Thessalonicensis. *Polemo Rex*, etiam *Ponticus* appellatus, qui sub Augusto floruit: V, 68. IX, 746. XI, 38; quorum primum probabiliter est Lucillii, cuius nomen una cum Polemone in fronte gerit. (Vid. infr. Lucill. in Diog. Anth.) *Secundus Tarentinus*. *Serapio Alexandrinus*. *Antonius Thallus Milesius*. Unum ep. VI, 235 Thallo, tria VI, 91. VII, 373. IX, 220 Thallo Milesio adscripta in partibus Cor. Phil. leguntur. Th. Mil. itaque ad eam pertinuit, neque diversus ab eo videtur Antonius Thallus VII, 188. Antece-

dunt ibi 183—187 e Cor. Phil. *Tullius Sabinus*. Hoc nomen cum Pass. pro corrupto habeo atque retuli IX, 410 ad Tullium Geminum.

*Poetae, quos ipse Coronae Philippicae addo.*

Sunt quidam poetae, qui fere nusquam in partibus Cor. Phil. a nobis designatis, sed tamen ubique fere in vicinitate poetarum huius Cor. apparent: quos hanc ob causam ad eam pertinuisse suspicor: aetas eorum incerta est praeter unum, Alpheum Mitylanaeum, quem Augusti temporibus vixisse indicia clara sunt in eius epp.: Iulius Polyaeus Sardinus is esse videtur, qui sub C. Caesare vixit: in quatuor poetis etiam nomen Romanum coniecturam confirmat: vel litterarum ordinis vestigia quibusdam locis, quanquam tenuia, impressa vides.

*Alpheus Mitylanaeus*. Eius epp.: VII, 237 in ipsa parte Cor. Phil. a me addita 233—240. Lemma tamen inter hunc et Phil. Thess. variat. Plan.: Alpei. IX, 90. 95. 97. 100. 101. 104. 110. Haec sunt epp. proxima et interiecta:

81—89 pars Cor. Phil.

90 Alph. Mit.

91 Arch. iun.

92 Ant. Thess.

93 Eiusdem vel Sidonii. (Thess. procul dubio est propter argumentum.)

94 Isid. Aeg.

95 Alph. Mit.

96 Antip. Gentile Thess. Plan. addit.

97 Alph. Mit.

98 Stat. Flacc.

99 Leon. Par.

100 Alph. Mit.

101 Eiusdem. Plan.: Ant. Thess.

102 Anton. Arg.

- 103 Mundi Munatii, incipiens a littera *H*.  
 104 Alph. Mit., incipiens ab eadem.  
 105 Anonymi, incipiens ab eadem.  
 106 Leon. Tar.  
 107 Eiusdem. Plan. St.: Anth. Thess.  
 108 Anonymi  
 109 Iul. Diocl. } incipientia a littera *O*.  
 110 Alph. Mit. }

Reliqua epp. Alpei sunt IX, 526. XII, 18, circa quae Cor. Phil. nulla deprehendo vestigia. — Plan. 212. In hoc solo nomen gentile omissum est: anteit ep. Stat. Flacci, sequuntur post Mel. vel Stratonis ep. tria epp. poetarum Philippicorum. *Antonius Argivus*, IX, 102: cuius ep. locum iam adscripsi. [A. i. IX, 103, quod tamen eius non est.] *Archias iunior*, IX, 91 eodem loco: Archias in extrema dissertatione mea tractabo. *Archimedes*, VII, 50 inter Bianoris et Addaei ep. Iac. in Comm. crit. hoc ep. Archimelo dare mavult, quem epigrammatarium poetam novimus ex Athenaeo, in App. epp. 15, librariumque nomen clarius ignoto substituisse existimat. Iam Archimelus si reapse composuit VII, 50, non videtur ad Phil. Cor. pertinuisse propter argumentum ep. in App. 15: ast, ut depravatam nomen Archimedis statuamus, quum causa satis gravis desit, poetam tenemus, qui propter epp. circumstantia in Phil. Cor. receptus fuisse videtur. *Cyllenius*: IX, 4. Cod.: *Κυλληνίου*. Plan.: *Καλλιπίου*. IX, 3 incipiens a littera *E* Antipatri vel Platonis est. Hoc ep. si Antipatri est, Thess. esse videtur: cf. diss. meam p. 89. IX, 33. Cod.: *Κυλληνίου*. Plan.: *Κ. Πετιάρου* (quod nomen ad hominem Romanum allegat). Praecurrit ep. Antiphili, Zeloti vel Bassi, Anonymi; sequuntur duo epp. Antiphili Byzantii, unum Secundi, unum Tullii Flacci. [A. i. IX, 35.] *Isidorus Aegaeus*, quem antiquiorem esse poetam epp. indoles docet. Brunckius Antiphilo priorem eum censet, neque confundendus est cum Isidoro Scholastico. Sex eius epp., quorum VII, 156. 293 nihil nos iuvant, sed quatuor quae restant:

VII, 280, 281 est Heraclidis.

532, 530. 531 sunt Anth. Thess.

IX, 11, { 9 Iul. Polyaeni  
10 Ant. Thess.  
11 Philippi vel Isidori } incipiunt a littera *II*.

94, eius locum iam adscripsi.

*Mundus Munatius*, IX, 103: cuius ep. locus iam adscriptus est. *Iulius Polyaenus*: si tanti est locus modo exscriptus, IX, 7—9. 7 et 8 a littera *E* incipiunt. IX, 1 Polyaeni *Sardiani* inscriptum est. *Statyllius Flaccus*. Phalaecum, qui perperam Flaccus aliquoties nominatus est, in Mel. Cor. receptum fuisse vidimus. Statyllio Flacco cetera epp. diserte tributa sunt, unum, VI, 196 Statyllo Flacco, in IX, 44 et 45 lemma variat. Eius epp. sunt:

V, 5, antecunt epp. Ant. Thess. et Philodemi.

VI, 196, incipiens a littera *P*; sequitur ep. Simonidis, tum Ant. Thess., incipiens a littera  $\Omega$  et Antiph. Byz.

VII, 290, praecedunt haec quatuor epp.: unum Ant. Thess., tria Antip., unum Ant. Mac.

IX, 44 et 45, in quibus lemmata inter Statyll. et Platonem variant, inclusa sunt epp. Parm. Mac. et Ant. Mac.

98, iam adscripsi eius locum in disput. de Alph. Mit.

117, 112 Ant. Thess. incipiens a littera *T*, 113 Parm. inc. a litt. *O*, 114 eiusdem inc. a litt. *II*, 115. 116 Anonymi, 117 Stat. Fl. inc. a litt. *II*.

Plan. 211, sequitur ep. Alph.

XII, 25—27, praecedit ep. Laureae.

IX, 37 Tullii Flacci inscriptum est, antecedentibus epp. Antiph. Byz. et Secundi. Idem haud dubie est ac Statyllius. [A. i. VII, 650.]

Carmina anonyma, quae inter Meleagrum et Philippum scripta sint necesse est, nominat Pass. haec: VI, 87. VII, 626. IX, 252. 547. 553. Demenda de his: VI, 87 et IX, 547, quae iam tractavi, IX, 553 Ant. Thess. esse videtur. Addenda e partibus Cor. Phil. per me investigatis: VII, 691. 699. IX,

705. (706, quod Anonymi est in Anth. Pal. Tom. II, Antipatro tribui comm. crit. docet.) fortasse VI, 41. 42. IX, 704. XI, 344. 345.

### 3. Diogeniani Heraclotae Anthologium.

Praeter partes Coronae Philippicae, quas enumeravi, tres loci ad ordinem elementarium compositi in Anth. Ceph. reperiuntur: maiores quam quarum rationem casui tribuere liceat: poetarum, quorum nullum in partibus Cor. Phil. deprehendimus, qui contra partim ad eam pertinuisse non possunt. Eorum, quorum aetatem habemus compertam, antiquissimus, Lucillius, sub Nerone floruit, recentissimus, Lucianus, vitam usque ad annum CC post Chr. produxit. Sunt hi loci in cap. XI sine 388—398. 399—413. 417—436. Passovius p. 61 in: „Ueber die neusten Bearbeitungen der griechischen Anthologie.“ (Annal. phil. et paed. ed. M. Chr. Jahn 1827. I p. 58—76.) se Anthologii epp. a Diogeniano Heraclota facti vestigia deprehendisse c. XI, 399—413 et 417—436 strictim dicit: quam suspicionem verissimam censeo et in ipsa hac diss. parte persequi studebo. Audiamus ante omnia Suidam, quo solo notitia nostra Diogeniani nititur: *Διογενειανός, Ἡρακλείας ἐτέρας, οὐ τῆς Πόντου, γραμματικός, γεγωνὸς καὶ αὐτὸς ἐπὶ Ἀδριανοῦ βασιλέως· ἐπιστητέον δὲ, μήποτε ἐστὶν ὁ ἐκ τῆς Ἀλβάνης Ἡρακλείας τῆς ἐν Καρίᾳ ἰατρός. ἢ γὰρ ἦν οὗτος παντοίοις λόγοις·* (deest *παιδευμένος* vel tale quid Kust. *παντοίως λόγιος* Tour. *παντοῖος λόγοις* Gaisf. *παντοῖος λόγιος* Bernhardio refingendum videtur.) *οὐ γὰρ εὖρον ῥητῶς τὸ ἐξ Ἡρακλείας αὐτὸν εἶναι τῆς ἐν Πόντῳ· ἀλλὰ οὕτω παρὰ τισι δεδῶξασται· ἔστι δὲ αὐτοῦ βιβλία ταῦτα· λέξεις παντοδαπαὶ κατὰ στοιχεῖον, ἐν βιβλίοις ἐ· ἐπιτομὴ δὲ ἐστὶ τοῦ Παμφίλου λέξεων βιβλίων ἐ καὶ τετρακοσίων καὶ τοῦ Ζωπυρίου· ἐπιγραμμάτων Ἀνθολόγιον.* (ita enim cum Bernh. interpungendum.) *περὶ ποταμῶν, λιμνῶν, κρηνῶν, ὄρων, ἀκρωρειῶν. περὶ ποταμῶν κατὰ στοιχεῖον, ἐπιτομὴ ἀναγρα-*

φῆν. συναγωγὴν καὶ πίνακα τοῦ ἐν πάσῃ τῇ γῆ πόλεων καὶ τὰ λοιπά. Iac. in Proll. p. XLVI nihil fere profert, nisi quae e Suida sumsit, nam quid Diogenianus in illa Anthologia secutus sit, quos in eam poetas admiserit, quo ordine eos disposuerit, penitus nos ignorare ait. Iam nunc igitur hanc collectionem aliquanto melius cognoscere licet. Diogenianus enim Philippi, ut hic Meleagri, operam usque ad tempora sua videtur esse prosecutus, quod poetae a se recepti, quorum aetatem supra significavi, demonstrant. Quum Lucianus quoque inter illos fuerit, nota aetatis, quam Suidas Diogeniano addidit, non premenda videtur. Contra litterarum ordinem eum secutum esse optime cum lexicographo conspirat, qui multa opera Diogeniani κατὰ στοιχεῖον composita esse narret. Quod autem Ἀνθολόγιον formam pro Ἀνθολογία usitatiorē ascitam etiam ab Ioanne Stobaeo Passovius in notitia de Anthologio Orionis Thebani praemissa libello academico Vrat. aest. a. 1831 p. 4 satis subtiliter disputavit ad mixtam cum poetica prosam orationem spectare, id non video, quomodo in ἐπιγραμμάτων ἀνθολόγιον accommodetur Diogeniani. Vid. Fr. Ritschel. de Oro et Orione Vratisl. 1834 p. 9 his fere verbis cum Passovio disceptantem.

Poetae hi sunt: a) quorum tempora novimus: *Annaianus* sub Traiano et Hadriano vixit. Ad Ind. poet. adde XI, 13—16. Quae si addideris, habes XXXVI eius epp., quorum XXV asservantur in cap. XI. [A. i. IX, 574. XI, 3. 16. 95. 142. 149. 155. 268. 376. 435. 436.] *Lucianus Samosatensis*. Ind. poet. XXVI. epp. in Anth. Ceph. praebet, quorum V tantum extra cap. XI leguntur. [A. i. VI, 18. IX, 74. X, 30. 107. 122. XI, 10. 17. 80. 81. 129. 239. 420.] *Lucillius*. V, 68 Lucillii esse, non Polemonis Pontici probant epp. 66—77 poetarum ex Anthologio Diogeniani, XI, 173 cod. Philippo, Plan. Lucillio assignat, Stob. Palladae. Plan. credendum, quia 169—186 ex eodem Anth. deprompta sunt. CXIV epp. in Anth. Ceph. esse discimus ex Ind.: rursus V tantum non in cap. XI sunt. [A. i. IX, 573. 574, XI, 109. 111—116. 126. 173. 186. 244.

281. 282. 293. 316. 330. 372. 394. 408. 433.] *Nicarchus* primo p. Chr. saeculo vixit. In Ind. poet. adde XI, 118—122, quorum 118 et 119 bis exhibentur: hoc ipso loco 118 cum ep. Stratonis cohaerens in cod. lemmate caret: sequentibus τοῦ αὐτοῦ additum est. Plan. Nicarchi. Altero loco 118 et 119 Callicteris inscripta sunt. Cuius omnia illa 118—122 habenda sunt procul dubio, etiam poetae, quem assumpsit Diogenianus. Duo epp. Nicarchi partibus Cor. Mel. immissa sunt, VI, 285 et IX, 330, quod supra notatum est. XI, 169. 170, quod Plan. et Stob. aliter inscribunt, 186, quod vett. edd. Plan. Leonidae, reliquae Lucillio dant, quia 169—186 pars Anth. Diog. sunt, Nicarchum auctorem habent, deinde XI, 415 Antip. vel Nicarch. inscriptum, in Plan. ἀδ, 398 Niciae inscriptum; denique XI, 7, quum 5—6 Callicteris Mantisii sint, Nicarcho, cuius ingenio etiam melius convenit, cum Plan. rectius tribuas, quam Nicandro cum cod. Pal. Ceterum in Ind. poet. pro X, 1. XI scribe XI, 1. XLVI epp. in Anth. Ceph. sunt secundum Ind. poet. a me correctum: XXXVIII in cap. XI. [A. i. VII, 570. XI, 7. 72. 109. 118. 244. 398.] *Philo*, fortasse Byblius Grammaticus, qui inde a Nerone usque ad Hadrianum vixit. Unum superest eius distichon XI, 419. *Traianus* XI, 418. [A. i. IX, 388, 389.]

b) Poetae, quorum tempora non constant, qui tamen ex ipsa mea dissertatione iisdem temporibus vixisse censendi sunt: *Antiochus*. Iac. Fabricium suspicari dicit Antiochum esse Aegeum sophistam, qui sub Severo et Caracalla vixit. Neque Fabricius, qui ad Antiochum „nescio quem“ epp. refert, hanc suspiciouem movit, neque illius aetas satis convenit cum Diogeniani tempore. [A. i. IX, 424, quod tamen Pisonis est.] *Apollinarius*. Fabric. duos excitat, quibus temporis ratione habita haec epp. tribui possint: A. episcopus Ravennae, qui sub Vespasiano martyrium subiit. Claud. A. episcopus Hierapolitanus circa a. Chr. 171. Iac., qui Libanii amicum fortasse hunc A. fuisse dicit, nunc nequeo assentiri. [XI, 346.] *Gaetulicus*. Argumenta a Iac. contra Cn. Lentulum

Gaetulicum, qui a Caligula occisus est, auctorem horum epp. habendum prolata tam gravia existimo, ut ne nunc quidem, aetate eius a Diogeniani Anthologio non plane abhorrente, de eo cogitem. X epp. Ind. poet. habet. *Helladius*. Iam duorum a Iac. commemoratorum, quorum alter sec. IV incunte, alter sub Theodosio iuniore vixit, neuter illud ep. composuisse potest. *Piso*.

Praeter tres locos, quos supra dixi, tenuia tantum in his poetis ordinis litterarum vestigia conspiciuntur, fere omnia in cap. XI. Haec sunt: V, 17—22. 38—41. 43—45. XI, 68—69. 80—83. 174—177. 214—218. 309—312. 313—316. 329—332 (sequitur 332 a littera O incipiens in cod. ep. Cillactoris, alio loco a Iac. exhibitum non minus a litt. O incipiens.) Ex his locis tres poetas assumo, qui etiam in Diog. Anth. fuisse videntur, omnes aetatis incertae. *Callicter* XI, 2. 118—122 (quae cur Callicteri addam, dixi ad Nicarchum) 333. — XI, 5. 6 Callicteris *Mantisii*, Cillactoris V, 29 et 45. Iam ex hoc indice Ind. poet., qui mendis scatet, corrigatur. *Onestes*.

Praeter ea epp., quae Onesti Corinthio, poetae Philippico supra dedimus, Onestis nomine tria epp. insignita sunt: V, 20 in fragmento illo, quod adscripsi: VII, 66 (71 Gaetulici est): VII, 274 *Byzantii* gentili addito (sequente ep. eiusdem Gaetulici). Alter igitur Onestes Byzantio oriundus erat, in Diog. Anth. receptus, eique haec tria epp. adscribenda puto. Quod tamen si de duobus concesseris, de VII, 66 vero ambigas, haud alta voce obstrepam. *Rufinus*. Ex Ind. poet. exime V, 284, quod Rufini Domestici inscribitur, quem diversum ab hoc Rufino ad Agathiae Cyclum pertinuisse infra demonstrabo. Iac. eius epp. oratione et indole non multum diversa esse videntur ab iis, quae Agathias, Paulus, Macedonius alique saeculo VI luserunt. Quae ut vera sint, nunc nullo pacto adduci possum, ut aequalem iis habeam Rufinum, qui quippe probabiliter in Diog. Anth. receptus secundo potius saeculo vixisse videtur. [A. i. V, 23. 26. 73. 89.]

Iam incredulus fortasse quaeris, qui factum sit, ut Cor. Phil. tot et in omnibus capp. indubitata litterarum ordinis vestigia appareant, in Anth. Diog. partibus tam pauca et maximam partem non admodum luculenta. Cuius rei causam, ut puto, satis idoneam tibi indicare possum. In universum illud Anthologium parvum erat, quia exiguum tantum temporis spatium complexum est: tum plerique, qui ad illud videntur contulisse, poetae satyrici erant, quod genus poesis epigrammaticae tunc maxime florebat: itaque in cap. XI vestigia illa, quae anquiris, maxime exstant: in ceteris non multa deinceps promenda reperit C. Cephalas. Vide enim, totum fere cap. XI, si 23—46, 65—67, 318—327 partes Cor. Phil., 57—64 fragmentum Cycli Agathiae, 437—442 extrema epp. et Palladae lusum exceperis, Luciani, Lucillii, Ammiani, Nicarchi epp. constat, paucis tantum singulis epp. ex aliis Anthologiis immixtis. Iam iterum quaeras fortasse: cur huic ipsi cap. non plura ordinis elementarii vestigia impressa sunt? Respondeo: Quia C. Cephalas in eo argumentorum similitudinem, ad exemplar fortasse Agathiae, quam maxime sectans litterarum ordinem fere ubique relinquere coactus est. In fine cap. autem spicilegium quasi faciens, totum Diogeniani opus a littera *A* ad  $\Omega$  ter perquisivit: unde hic tantummodo clara huius ordinis videmus vestigia. Quae cum ita sint, nosque ordinem ipsum ad fragmenta Anth. Diog. cognoscenda anxie desiderare non possimus, coniectura quosdam poetas addo, quorum epp. semper in vicinia poetarum laudatorum leguntur. In duobus aetatis certa indicia nobis favent: *Dionysius Sophista*. Tria epp. Dionysii inscripta in quaestione de Dionysio Rhodio poeta Meleagrigo supererant, de quibus nondum statui poterat, haec: V, 81 Dion. Soph. 66—77 poetarum sunt ex Anth. Diog. X, 38 Dion. 26—29. 31. 35—37. 41. 42. Luciani sunt. XI, 182 Dion. 174—181 Lucill. et Ammian. 183—186 Lucill. et Nicarchi sunt. Iam Dionysium Sophistam sub Hadriano vixisse scimus: qui quin tria illa epp. composuerit, non dubito. [A. i. V, 82. 83.] *Hadrianus*. Quem a Diogen. non omissum fuisse,

per se maxime probabile est. VI, 332. (331 est Gaetul.) VII, 674. IX, 137. 387. 402. IX, 17. Extremum in Ind. pt. omissum. Duo, qui coniecturis temporis Hadriani adscribi possunt, accedunt: *Cerealis* XI, 129. 144. Epp. 124—157 e Diog. Anth. quaesita sunt. Fortasse est Iulius Cerealis Gigantomachiae auctor, ad quem Martialis quaedam epp. scripsit. *Pollianus*. XI, 127. 128. 130. 167. Epp. 124—157. 159—167 pars Anth. Diog. Iac.: „Ep. III est in Florum poetam, quem Fabricius cum esse suspicatur, qui sub Hadriano floruit. Cf. Fabr. bibl. Lat. T. II p. 439.“ Confirmatur disputatione mea haec suspicio, quam tamen a Fabr. l. l. factam esse non invenio, qui Polliani ne verbo quidem meminerit.

Praeterea tres poetae incerti addendi: *Callias Argivus*. XI, 232. Epp. 226—247 pars Anth. Diog. *Capito*. V, 67. Epp. 66—77 pars Anth. Diog. *Cornelius Longus*, Plan. Longinus, VI, 191 post ep. Gaetul. *Cornelius*, Plan. 117.

Carmina anonyma, quae ad Diogeniani Anthologium pertinuisse videntur, haec sunt: IX, 137, 1 et 2 (Grammatici enim sunt ad Hadr.) (572) propter 573 et 574 sumta ex Anth. Diog.

XI, 86. 108. 109	„	73—116	„	„	„	„
125. 126. 145. 149. 151	„	124—157	„	„	„	„
166	„	159—167	„	„	„	„
193	„	188—194	„	„	„	„
244	„	239—247	„	„	„	„
250	„	249—254	„	„	„	„
(260—262)	„	256—262	„	„	„	„
(267—273)	„	264—274	„	„	„	„
316	„	308—316	„	„	„	„

#### 4. *Stratonis Sardiani Musa puerilis.*

Quam cur e quaestione mea excludam, supra dixi. Ceterum nonnulla epp. ex ea, si argumentum salis certum est indicium, in cetera capp. Anthologiae Cephalanae translata sunt, sicuti ipsius Stratonis epp. XI, 19. 21. 22. 117. 225,

quae omnia ad puerorum amorem spectant praeter XI, 117. Poetis Anthologii Diogeniani haec epp. immixta, neque tamen propterea Strato ad hoc pertinuisse videtur, qui, quamquam altero p. Chr. saeculo tamen post Diogenianum probabiliter vixerit. IX, 492—494 in cod. *στρατ.* Huschke Stratonis inscribit, Iac. *στρατιώτου* legere malit. [A. i. IX, 3.]

### 5. *Diogenis Laertii Pammetrus.*

Diogenis Laertii, qui primis III p. Chr. saeculi annis vixisse videtur, Pammetrum et Vitas Philosophorum Anthologiae suae adhibuisse C. Cephalam, lemmata duo testantur, unum VII, 89 praefixum, alterum super. marg. p. 222 affixum: *τοῦτο Διογένης ὁ Λαερτίου λέγει ἐν τοῖς τῶν φιλοσόφων βίοις ὡς ἴδιον, πλὴν πάντα Διογένους εἰσὶ τοῦ τῶν φιλοσόφων βίου ἀναγραφάμενον. — Ταῦτα τὰ ἐπιγράμματα ἐκ τῆς παμμέτρου ἐξελέγησαν Λαερτίου Διογένους ἐκ τῆς βίβλου τῆς ἐπιγραφομένης βίων φιλοσόφων.* De illo Pammetro dixit Iac. in praef. ad del. epp. p. XIII: „Honestius consilium secutus Diogenes Laertius, Vitarum Philosophorum auctor, ea potissimum epp., quae ad philosophos spectarent, collegit et in peculiari libro condidit. De qua collectione si iudicare licet ex iis, quae Diogenes inde in Vitis excitavit, longe maxima pars eius continebatur ineptis et ieunis ipsius compilatoris poematiis, vario metrorum genere conscriptis, unde totum illud syntagma *Παμμέτρον* titulo inscriptum fuit.“

Nobis nulla alia epp. a Diog. La. sumta videri posse, nisi quae ipse in Vitis citet, per se intelligitur: nam num quae praeterea illi debeat Constantinus, nulla fere indicia sunt cognoscendi. Haec vero epp. in duas partes dividuntur facillime, epp. Diogenis ipsius et aliorum poetarum.

### *Epp. Diogenis Laertii.*

VII, 57. 85. 87. 88. 89. 91. 92. 95. 96—98. 101. 102. 104—116. 118. 121—124. 126. 127. 129. 130. 133. 620. 706. 744. Praeter lemma ad VII, 89 cod. Pal. tantum epp.

VII, 95. 620. 706 discrete Diogeni tribuit: omnia vero ipse Diogenes in Vitis sibi vindicat. Quum plura eius epp. sese excipiant cap. VII, auctorem semel bisve indicasse satis habebat Constantinus. De VII, 744 iam dixi ad Crinagoram. E coniectura addenda III epp., quae licet in Vitis non legantur, lac. ingenium Diogenis sapere videntur: VII, 48. 56. IX, 358. Eximendum vero VII, 89, quod in cod. quidem Diogeni, in Diogene ipso Callimacho tribuitur et alteri classi tribuendum est.

*Epp. aliorum auctorum.*

Haec magnam partem anonyma sunt: VII, 61. 62. 64. 83. 84. 86. 90. 93. 94. 119. 125 (in Anth. Pal. cum lemme τῶ ἀντῶ i. e. Diog. La.: neque tamen eius est. Diogenes enim hoc ep. Epicharmi statuae inscriptum fuisse tradit.) 128. 615—619. IX, 596. X, 106. Ceterum non semper in lemmatis conspirant cod. et Diog. La.: qua de caussa quaedam aliunde hausisse videtur C. Cephalas:

VII, 60 D. L.: sine auctoris nomine, Cod.: Simmiac.

217 D. L. cum Athen.: Platon., Cod.: Asclepiad.

508 D. L.: Empedocl., Cod.: Simonid. minus recte.

IX, 39 D. L.: Plat., Cod.: Music. vel Plat. Stob. ἀδ.

44 D. L.: Plat., Cod.: Statyll. Flacc.

Horum VII, 217. 508 haud dubie Mel. Cor. debet C. Cephalas; VII, 326 e Plutarcho habere videtur; IX, 106 quum plurimi citent, nescio ex quo derivaverit.

Poetae vero, in quibus concinunt Diog. et Const., partim sunt Cor. Mel.: Callimachus, VII, 80. (89.) Plato V, 79. VII, 99. 100. 259. 669, quibus addendus Antagoras VII, 103, quo Const. auctoris nomen omisit. Horum epp. VII, 259. 669. e Cor. Mel., cetera e Diogene deprompta esse videntur. — Partim poetarum nomina in Anthologiis iam tractatis non reperiuntur: *Cleobulus Lindius* VII, 183. Huic soli Diog. hoc ep. adscribit, quod Const. cum multis aliis etiam ad Homerum refert. Quam sententiam Diogenes impugnat, quum Iliadis

auctor Midae multos annos praecesserit. In Cat. poet. Iac. Homeri ep. non relatum esse in Anthologiam dicit. Adde Cleobuli XIV, 101, quod ad nostram quaestionem non pertinet. Crates IX, 497. Empedocles IX, 569: quod ep. iam tractavi in Cor. Mel. *Timon*. Iac. eum falso poetis annumerari dicit in Cat. poet., quia in Anal. tantum VII, 313 ei tribuatur, in cod. auctoris nomine carens. Iam habes ep. cod. et Diog. auctoritate Timonis inscriptum, quibus accedat incertum X, 38 Dionysii, ab Athenaeo Timoni datum. *Xenophanes* VII, 120. Omisit Iac. hunc in Cat. poet. Addendi duo poetae, quorum ep. in A. P. anonyma sunt. *Athenaeus* IX, 496. *Zenodotus Stoicus* VII, 117. Addenda denique epp., quae e Diogene deprompta sunt, e coniectura Iac.: VII, 131. 132, e mea VII, 63. 134. 135. 621.

#### 6. *Agathiae Myrinaei Cyclus.*

Vide Iac. proll. p. L sqq. Si numerum spectas epp. ex diversis Anthologiis derivatorum, Agathiae Cyclus comparationem habet cum Meleagri et Philippi Coronis: hae tres collectiones quasi fontes primarii habendae sunt Anthologiae Cephalanae. Testis vero luculentissimus de Cyclo a Constantino usurpato est Agathiae prooemium in cap. IV Anth. Pal. cum prooemiis Mel. et Phil. servatum: unde, ex Agathiae historia et e Suida scimus, Agathiam *ρέων* poetarum (*ρέων ἐπιγραμμάτων* schol. cod. *ρέων ἡδυσμάτων* Agath. prooem. *τὰ ἀρτιγενῆ καὶ νεώτερα τῶν ἐπιγραμμάτων* Ag. hist. Iac. poetarum „sui aevi“ dicit, quod nimis arctam temporis esse notam, mox intelligemus) epigrammata collegisse eamque collectionem *Κύκλον* vocasse: Agathiam cum Paulo Silentiaro, Macedonio Consule, Triboniano temporibus Iustiniani vixisse: Anthologiam suam in VII capp. secundum argumentum descripsisse. Qua in re eius exemplum secutus est Constantinus, in epp. autem singulis cum plerumque ordinem servavit Agathias, ut poetae quasi in orbem contexti sint, raro duobus eiusdem auctoris epp. sese excipientibus.

Iam nos fragmenta huius Cycli in Anth. Ceph. quaerentes nullus ordo litterarum iuvat, veluti in Philippi et Diogeniani collectionibus: restant tantum partes maiores investigare, in quibus Agathiae et aequalium epp. inveniantur et eorum, qui facili coniectura illi tempori adscribantur, denique epp. quoque anonymorum, quae ob aliquam causam sat gravem eiusdem aetatis esse videantur. Inveni has: V, 216—302. VI, 18—20. 25—30. 54—86 (87). VII, 204—206. 551—614. IX, 442—447. 619—681 (fortasse 606—699, si addere placeat 606—613. 615—618. 682—699 anonyma propter argumenti similitudinem). 762—772. fortasse 793—822 (in quibus 793—798 Iul. Aeg., 808—809 Cyr. Cons., cetera anonyma sunt. Argumentorum similitudo et epp. indoles ad hanc sententiam invitant) X, 14—16. 64—76. XI, 57—64. 350—354. 365—382. Epp., quae nequaquam in Cyclum Agathiae relata fuisse possunt, tria tantum his partibus inmissa sunt: VI, 62. VII, 554 Philippi Thessalonicensis, V, 265 Cometae Chartularii, quem Iac. Constantino aequalem fuisse haud male suspicatur. Dubitationem vero plurima Palladae epp. Agathiae Cycli partibus iniecta movent, ut V, 257. VI, 60. 61. 85. VII, 607. 610. X, 65. 72. XI, 62. 351. 353. 371. 373. 377. 378. 381. Adde alia Palladae epp. partibus Cycli praemissa, IX, 441. XI, 54—56. 349, alia subiecta IX, 773. X, 77—99. 355. 383—387. Palladam ut Cycli poetis annumerarem, animus valde inclinaret; nisi aetas poetae huic sententiae non admodum faceret: vixit enim ineunte saeculo V, fortasse iam sub Valente et Valentiniano scripsit. Neque tamen haec ratio satis valida est ad Palladam e Cyclo eximendum, quoniam saeculi V poetae nonnulli in Cyclum procul dubio sunt recepti. Rem autem conficere videtur. lemma cod. Pal. ad VII, 339: *ἀδηλον ἐπὶ τίνι τοῦτο γέγραπται, πλὴν ὅτι ἐν τοῖς τοῦ Παλλὰδᾶ ἐπιγράμμασιν εὐρέθη*, quod ad collectionem Palladae epp. singularem nos adducit. Multa eius carmina sese excipientia hanc opinionem confirmant, VII, 681—688. IX, 165—176. 180—183. 377—379. 393—395. 399—401. X, 44—63.

77—99. XI, 283—293. 299—304. 383—387. Denique magna pars epp. eius ne in propinquitate quidem poetarum Cycli legitur. Quibus caussis admotus Palladam non ad eum pertinuisse puto, quanquam hoc sane, ut et Palladae epp. in Cyclo invenerit et singulari eorum collectione usus sit Ceph., fieri potuit. Compositionis secundum argumentorum similitudinem in partibus Cycli capp. VI et IX praecipue vestigia conspiciamus, quae compositio utrum Constantino soli an Agathiae quoque debeatur, scire non possumus. Singulos nunc poetas enumerabo, quos in quinque classes distribuo.

A. Quatuor, qui ad seculum V pertinent. Cuius priore dimidio vixerunt probabiliter *Ablabius Illustris*. *Eutolmius Scholasticus Illustris*. *Theosebia*. Medio saeculo vixit *Cyprus praefectus*, *magnus poeta*.

B. Unus, quem ineunte saeculo VI vixisse verisimile est: *Marianus Scholasticus*.

C. Quinque, quos Iustiniano aevo floruisse scimus a) e Suida: *Agathias Scholasticus Myrinaeus*. XCVII epp. in Ind. poet., ubi pro IX, 652 lege IX, 653. [A. i. V, 241. 242. VI, 87. 172. VII, 311. IX, 375. 657. XI, 357. 377. 401. 402. 411.] *Damascius philosophus*. *Macedonius*. Iam dixi ad Macedonium Thessalonicensem, cur omnia Mac. epp. praeter tria ad *Consulem* referenda sint. Hoc enim epitheton omnibus additum est praeter V, 223—225. XLII epp. supersunt, omnia in partibus Cycli praeter VI, 175. 176. Plan. 51. *Paulus Silentarius*. LXXVIII epp. Ind. praebet, quorum X, 60 Palladae est. [A. i. VII, 221. 600. IX, 444.] b) e lemmate: *Damocharis Grammaticus*; ibi enim Agathiae discipulus vocatur. Plan. 310 non nominavit Iac. in Ind. poet.

D. Quos facili coniectura Iustiniani temporis adscribimus, octo: a) propter argumentum et indolem epp., *Arabius Scholasticus*. IX, 762 in Ind. poet. est Ablabii. *Eratosthenes Scholasticus*. Ep. in App. 25 non huic adscribendum erat a Iac. in Ind. poet., est enim Eratosthenis Cyrenaei. *Ioannes Barbocallus* VI, 55 vel *Barbucallus* IX, 425—427. Plan. 38.

327, addito etiam *poetae* nomine Plan. 218. 219, poeta VII, 55, *Grammaticus* IX, 628. Ne Barbucallum poetam et Grammaticum diversos esse statuamus, vetat IX, 629, altero loco Ioanni Grammatico, altero loco Barbucallo additum. [A. i. IX, 427. 594.] *Iulianus Aegyptius* vel *expraefectus Aegyptius*. LXXIII epp. laudantur in Ind. poet. [A. i. VI, 21. 186. VII, 592. IX, 9. 737.] *Leontius* V, 295. IX, 650, *L. Scholasticus* VII, 149. 571. 573. 575. 579. IX, 624. 630. Plan. 32. 33. 245. 272. 283—288, *L. Sch. Minotaurus* IX, 614. 681. Plan. 37. Licet plures fuerint Leontii Scholastici, nihil est quod nos impediatur, quominus uni auctori haec epp. tribuamus, quem tempore Iustiniano vixisse argumenta epp. probabile reddunt. *Theactetus Scholasticus*. Eius a Theacteto Meleagrico distinguendi nomen praec se ferunt III epp.: VI, 27. IX, 659. X, 16 in partibus Cycli. Theacteti Meleagrico epp. simplicia sunt et elegantia, Scholastici virtute poetica non valde commendantur, sed tumore et pompa verborum, ut Horatiano illo utar, sesquipedalium sese iactant. Inde recte huic Brunckius Plan. 221 et 233 Theacteti inscripta dedit. Restat unum, in Anth. Pal. omissum, quod Anth. Plan. servavit, Anal. Br. II, 516, VI, quia in Iulianum Antecessorem, poetam Cycli scriptum est, non minus Scholastico tribuendum. Iam in Ind. poet. diversorum hominum epp. distinguere licet confusa. b) Ex ipso illo Theacteti ep. VI in Anth. Lips. conicias Iustiniani tempus protulisse etiam *Iulianum Antecessorem* XI, 367—369, eundem, ut videtur, qui *Scholasticus ὁ μετέωρος* appellatus est, IX, 481. [A. i. VI, 186.] c) *Theodorus Proconsul*. Is esse videtur, cui Agathias Cyclum suum dicavit. Theodorum Meleagricum iam diximus.

E. Incerti quinque, quorum unus tamen titulo Scholastici sec. V et VI adscribitur, (vid. Iac. in cat. poet. Eralosth.) *Isidorus Scholasticus Bolbythiota*. (Isidorum Aegeatem iam novimus.) *Diogenes Episcopus Amisenus*. *Irenaeus Referendarius*. *Phocas Diaconus*. *Rufinus Domesticus* (in Plan. Rufus), distinguendus a Rufino, poeta Anthologii.

Carmina anonyma e Cyclo Agathiae deprompta sunt: VII, 558. 564. 570. IX, 621. 622. 632. 634—640. 646. 647. 655. 656. 660. 666. 670—676. 678—680, fortasse etiam VI, 87. IX, 606—613. 615—618. 682. 699. 799—807. 810—822.

### 7. Gregorii collectio.

Tribus codicis locis Gregorii cuiusdam mentio fit, τοῦ μακαρίτου διδασκάλου vel τοῦ μακαρίου Γρηγορίου τοῦ μαγίστου ad VII, 327. 334. 429, a quo quaedam descripserit Constantinus. De illo viro audias Iac. in proll. p. LXXIII: „An hinc colligi debet, Gregorium, Constantini forte magistrum, collectionem Epigrammatum fecisse, unde eius discipulus nonnulla descripserit? Non puto. Gregorius hic illic Epigrammata ex cippis et monumentis descripserat; quae Constantinus, cum Anthologiam conderet, ab eo accipiens in suum opus retulit, magistri nomen commemorans, ut pium gratumque erga eum animum significaret.“ VII, 334 adscriptum esse inventum Cyzici. Haud scio itaque an debeat Constantinus Gregorio epp. ca, quibus nomen urbis, ubi repertum est, adscriptum: VII, 330 Dorylaei, 332 Armoniae, 333. 334 Cyzici, 340 Thessalonicae, 346 Corinthi, 558 Prusae, 672 Corinthi inventum esse dicitur. VII, 327 diserte dicitur Gregorio deberi. In duobus praeterea epp. urbium nomina apparent: VII, 657 νομιζω δὲ ὅτι ἐν Ἐφέσῳ κέῖται ταῦτα, Leonidae in parte Cor. Mel.; IX, 434 Theocriti, ταῦτα τὰ ἐπιγράμματα ἐν Συρακούσαις ἐγράφησαν: quae utrum a Gregorio habeat Constantinus annon, haud dixerim. Quatuor epp. sunt, quae nobis etiam in marmore exstant, quorum tria e Cor. Mel. deprompta esse videntur: VII, 6 Antip. Sidon. 15 Antip. IX, 599, quartum est XI, 8.

## II. Collectiones epigrammatum unius auctoris sive ab ipso sive ab aliis factae.

### 1. Leonidae Alexandrini epigrammata.

Huic diserto codicis testimonio haec tribuenda sunt: VI,

321—329 *ἰσόψηφα*, quorum tamen 323 *ἀνάστροφον* fortasse Nicodemi est, qui his ineptiis sese exercuerit. VII, 547—550 *ἰσόψηφα*, IX, 344—356 et Iulii Leonidae, qui diversus homo ab illo non videtur esse, IX, 42. XII, 20. Accedunt ex iis, quibus nudum Leonidae nomen praefixum est, propter lemma *ἰσόψηφον* e Iac. sententia VII, 668. 675; deinde XI, 70 propter idem lemma, in Ind. poet. falso Leon. Tar. adscriptum, IX, 123 alt. I. *ἀδέσπ.*, alt. I. Leon. Al. Primo p. Chr. saec. vixit, nec tamen in Phil. Cor., neque in Diog. Anth. receptus fuit. Quamobrem et quod eius epp. plerumque plura se excipiunt, singularem eorum collectionem habuisse videtur Constantinus. Iam Leonidarum epp., quoad fieri potuit, separatis haec supersunt, incerta, utrius sint: VI, 4. 13. 35. 200. 334. VII, 35. 67. 173. 190. 283. (316.) IX, 12. 719. 744. X, 1. XI, 9. 187. 199. 200. 213. Plan. 171. 190. 206. 230. 236. 261. 307, pauca sane, si in Ind. poet. „Leonidas“ compares. Quum Leon. Alex. non nisi *ἰσόψηφα* videatur concoxisse, is, quem numeros computare non laedcat, vel haec inter utrumque Leonidam fortasse dividere poterit: elegantia certe epp. Tarentini esse videntur. Iac. Ind. poet. in: „Leonidas“ addere debebat VII, 452. 726. XI, 70. [A. i. VI, 130. VII, 187. 415. 715. IX, 123. 358. 435. XI, 186. 214. 334. App. 106.]

## 2. *Palladae Alexandrini epigrammata.*

Iam cur Palladae singularem collectionem habuisse Constantinum existimem, ad Agathiae Cyclum explicavi. CLV epp. in Ind. poet. indicantur, quorum V, 71 Rufini vel Palladae inscriptum maiore cum veri specie illi tribuas; IX, 119 Besantini (Palladae). Palladae nomen a cod. abesse docuit Paulssen. in suppl. X, 32 et 95 Palladae esse nequeunt, laudantur enim a scriptoribus Pallada multo vetustioribus. [A. i. IX, 9. 57. 127. 501. 503. X, 31. 44. 71. 118. 121. XI, 3. 173. 227—229. 273. 279. 294. 295. 310. 343—345. 354. 410. 430.]

3. *Nicodemi Heracleotae epigrammata.*

VI, 314—320 *ἀναστρέφοντα*. IX, 53. Hoc licet Bassi quoque inscriptum sit, quia *ἀνάστρεφον* est, Nicodemo addendum. Quo tempore vixerit, non constat. [A. i. VI, 323.]

His tribus epp. collectionibus, quos ante oculos fuisse Const. Ceph. censeo, addo 4, IX, 432—437 Theocriti sunt bucolici, quorum 435 lemma habet iam laudatum de epp. hisce Syracusis scriptis. Iam nescio an haec epp. Theocriti non e Mel. Cor. repetita sint, veluti caetera, sed fortasse cum *Moschi* ep. IX, 440 (cf. lemma), e cod. quodam Theocriti vel poetarum bucolicorum derivata. 5. Aristotelis Peplus. VII, 143. 144 *ἄδηλα* Iac. pars eius esse videntur. VII, 145, quod cod. Asclepiadae tribuit, Eustathius se in illo Pello legisse ait. Lemmata non conspirantia haud suadent, ut Constantinum Pello usum esse credamus. 6. VI, 45 praeter cod. a pluribus *Thucydidē* tribuitur, quorum e nullo C. Ceph. derivasse videtur: fortasse e cod. suo Thucydidis sumsit. XI, 292 cod. Palladae tribuit, quod ed. Ald. Themistii et Th. Hyrtacenus Themistio addunt. Ex Themistii cod. hoc ep. sumsisse non videtur Constantinus.

## III. Scriptores, qui epigrammata citant.

*Scriptores Graeci.*

Locos scriptorum Iac. in Anim. et Comm. crit. laudavit, quamobrem epp. tantum Anth. Pal. adscribam. Ex Herodoto sunt VI, 6—8. 341. 343. VII, 248. 249. 677. IX, 509. 527. 703. Scholiastes cod. passim addit, haec ex Herodoto deprompta esse. IX, 703 non ep. est ab Herodoto laudatum, sed pars eius orationis. VII, 248 et 249 cod. Simonidis esse ait, Her. sine auctoris nomine profert, haec igitur e Mel. Cor. habet Constantinus. Contra VII, 677 Const. s. a. n., Herod. tanquam Simonideum exhibet. — Fortasse e Thucydidis cod. aliquo sumsit IX, 583 in Thucydidem. VI, 197, quod

apud Thuc. Anonymi est, cod. Simonidi tribuit, et Mel. Cor. deberi videtur. — Fortasse e Demosthene habet IX, 786; — e Diodoro Siculo VII, 322 (VII, 248. 249 in Diod. s. a. n., in Anth. Pal. Simonidis inscripta e Mel. Cor. sumsit, item VII, 296; — VII, 325 e Plutarcho, ut videtur); — e Nicolao Damasceno VII, 304 Pisandri Rhodii; lemma enim in illo scriptore hoc ep. legi affirmat aut certe commemorari. Supra Pisandrum Cor. Mel. addidi. — E Plutarcho quaedam epp. Multa quidem hic scriptor variis locis laudat, quae etiam in Anthologia exstant, decem tamen eorum poetarum sunt e Cor. Mel. VI, 51. 197. 215. VII, 54. 229. 247. 250. 347. 433. 709; unum Anonymi est in parte Cor. Mel. VI, 130, duo e Diog. La. potius habere videtur Const., VII, 119. 153, unum in Plutarcho mutilum est, X, 110, in uno lemmata non concinunt. VII, 313 (cod. *ἄδηλον* Plut. Timonis). Iam haec, quae e Plutarcho possunt esse derivata, restant: VII, 3. 306. 325. 326. IX, 448. Inter ea VII, 326 *Cratetis Thebani* est. — Fortasse ex Athenaeo haustum VII, 306 *ἀδέσποτον*. Cetera enim, quae hic scriptor laudat, aliunde nosse videtur Const.: VI, 49. VII, 217. 348. 454. 647. 708 e Melcagro, VII, 119 e Pammetro, VII, 325 e Plutarcho, in VII, 345 et X, 32 lemmata non concinunt. — Fortasse ex Iuliano imperatore X, 104 *Cratetis philosophi*, e Marino VII, 341, *ἀδέσποτον* in cod., quod Procli esse Marinus in eius vita docet (app. 69 etiam Procli est), — e Stephano Byzantio XI, 437 Arati. — Multa epp. Iac. in florilegio Stobaei legi dicit, quorum tamen tria tantum in ed. eius Gaisford. purgata apparent, cetera Gesner. ex Anth. Plan., cuius cum lemmatis etiam plerumque eius Stobaeus conspirat, desumptos huic inspersit. Illi tres loci sunt: IX, 359 Posidippi vel Platonis Comici Plan. Cratet. Cyn., Stob. Posidippi, X, 32 Palladae Stob. Hom. ex Odys., X, 107 Euripidis, Plan. Luciani, Stob. Euripidis e Scyriis. Vide in ep. primo et secundo lemmata non satis congruunt, in tertio Stob. v. 1. caret, contra duos addit in Anth. desideratos. Valde dubium igitur est, num Stob. consuluerit

Cephalas. — Fortasse ex Hesychio Milesio depromsit VII, 169 (VII, 128 e Pammetro derivatum est), — e Constantino Porphyrogenneto VII, 169 *ἀδέσποτον*. XI, 237. 238 Demodoci. Dubium autem est, num illi haec tria epp. debeat Const., nam VII, 169 etiam Hes. Mil. praebet et ante 238 alia quoque duo Demodoci epp. in cod. praecedunt, quae non in Const. Porph. exstant.

Ex omnibus his scriptoribus certo affirmari tantum de Herodoto potest usus Constantini: addo alios scriptores, qui epp. Anthologiae exhibent, e quibus tamen non profecisse videtur Anthologiae concinnator 1) quia epp. laudata poetarum sunt ex Anthologiis tractatis, ut Aristides VI, 296 Simon. (VI, 343 Herodoto debet Const., — Schol. ad Arist. VII, 77. 248. 250. 251. 253. 257 Simon.) — auct. vit. Arat. IX, 507 Callim. 2) quia epp. laudata ab aliis quoque scriptoribus citantur, a quibus potius derivasse videtur Cephalas, Plato VII, 153, X, 106 e Diog. habet Const. X, 108 cum diversitate quadam exstat in Platone. — Scholia ad Hom. Od. X, 106, e Diog. La. derivatum. — Strabo VII, 325 e Plutarcho, VII, 249 Simon. Strab. s. a. n. — Sextus Empiricus VII, 153 e Diog. La. — Dio Chrysostomus VII, 153 ex eodem, 325 e Plutarcho, 304 prius tantum distichon laudatur, 347 Simon. est. — Aelianus VII, 94. e Diog. La. est. — Zenobius X, 106 ex eodem, X, 32. 95 cod. Pall. tribuit. — Longinus VII, 153 e Diogene. — Synesius X, 106 ex eodem. — Pseudo-Herodotus in vit. Hom. VII, 153 ex eodem. VII, 3 et IX, 448 e Plutarcho. — Schol. Aristophanis VII, 615 e Diog. La., VII, 325 e Plut. 3) quia lemmata non consentiunt: Lycurgus VII, 249 s. a. n., cod. Simon. — Pausanias VII, 54 Chersiae Orchom., cod. Mnasalc. VI, 130 *ἀδέσποτον*, 197 Simon. e Mel. Cor. novit Const. — Philostratus VII, 256 s. a. n. cod. Platonis. — Zosimus VII, 747. s. a. n., cod. Libanii. — Auct. vit. Plat. VII, 313 Timonis, cod. *ἄδηλον*. — Schol. Soph. VII, 311 Agath., cod. *ἀδέσποτον*. 4) quia partem tantum epp. scriptores laudant: Pollux VII, 304 prius tan-

tum distichon. — Clem. Alex. IX, 569 v. 1 et 2. — Schol. Pind. VI, 214, v. 1. 2. 5. 6.

*Scriptores Romani.*

Vel per se non verisimile est, hos quoque ad augendam collectionem suam pervoluisse Constantinum. Fieri tamen potest, ut e Gellio vel Macrobio habeat VII, 676. (X, 106 e Gellio non habere videtur.) Alias quoque ob causas usus esse non videtur Cicerone VII, 249, quia Simon. ep. est, XI, 176, ubi v. 5 tantum Cicero laudat, — Suetonio VII, 704, cuius v. 1 tantum effert, — Apuleio VII, 669, quod e Diog. La. nosse videtur Constantinus. Adde huic disputationi quosdam locos, quos Const. e scriptoribus non epigrammaticis descripsit. Huc refero IX, 703 ex *Herodoto*, *Comici* senarios, ut videntur X, 116, *Philemonis* senarios IX, 450, *Nicandri* post IX, 503 e *Theriacis* v. 741, quem tamen iam Mel. in Coronam suam adscivisse videtur, *Nestoris Larandensis* nonnullos versus e *Metamorphosibus*, ut videtur, IX, 129. 364. 536: epp. enim haec vocari nequeunt, atque sunt puris hexametris scripta. IX, 537 *Nestoris Nicaeensis* inscriptum fortasse librarii errore et *Larandensis* habendum. *Heliodori Aethiopicis* debentur hymnus IX, 485 (epigramma 490). X, 120 in cod. anonymum in *Nonni* Dionysiaticis legitur.

Non tamen videtur usus esse Anacreonte, nam XI, 47 et 48, in edd. An. 15 et 17 e Mel. Cor. depromsisse videtur Constantinus, neque Empedocle, nam IX, 569 e Diog. La., ut videtur, descripsit, neque Theognide, nam

IX, 50 in Theognideis 773 in cod. Mimmermi est.

118 " " 539 " " Besantini "

X, 40 " " 1147 " " Anonymi "

113 " " 1110 " " " Plan. Theogn.;

neque Aristophane, nam X, 110, in ran. Ar. v. 1478 cod. Aeschlylo tribuit.

IV. Poetae, quos unde sumserit Constantinus, demonstrari nequit.

Ut disputatio mea plane sit absoluta et integra, poetas, quos unde sumserit Constantinus, dici nequit, addam: si quis postea in hos quoque inquirere velit. Initium facio ab iis, quorum tempora novimus. Ante Meleagrum vixerunt: (primum eos nomino, qui tantum in fine capp. leguntur, ubi Constant. ex diversissimis locis epp. conquisivisse videtur) Pythagoras, quem Iac. non nominavit in Cat. pt. Phocylides. Aesopus. X, 123. Ceterum, ne quid dissimulem, ibi quaedam litterarum ordinis vestigia apparent, e quibus tamen nihil elicere possum, quod ad fontes Anthologiae cognoscendos prosit. Menander. Diphilus. Pittacus (cf. Paulss. suppl. ad XI, 440. Πίτταξ poeta a librario appellatus fuisse videtur.) Hunc et Diphilum Iac. non habet in Cat. pt. Philiscus. (In mediis capp. hi inveniuntur:) Mimnermus. VII, 405 adde Ind. poet. Nullam eius mentionem Iac. in Cat. pt. iniicit. Ion. Demodocus. Aeschines rhetor. (Menander.) Duris Elaites. Zenodotus. Apollonius Grammaticus, qui Rhodius clarissimus esse videtur. In Ind. poet. lege XI, 275. Crates XI, 218. Quo ep. quum Euphorio Antiochi Magni bibliothecae praefectus commemoretur, non idem auctor esse potest et Crates Thebanus, qui Ol. 113 vixit, sed fortasse Mallotes vel Pergamenus est. Ceterum Cratetis Thebani est VII, 326 e Plutarcho, IX, 497 Cratetis e Diog. La., Cratetis philosophi X, 104, quod nescio inde derivaverit Const. — Nominandi sunt praeterea tres poetae, quibus tamen epp. in Anth. Ceph. non tribuuntur. Aristoteles, qui iam supra dictus est. Choerilus, cui Athenaeus VII, 325, in cod. Anon. adscribit: cf. App. 97. Chrysippus, cui VII, 326, in cod. Cratetis, Athenaeus tribuit. Non nominavit eum Iac. in Cat. pt.

Inter Meleagrum et Philippum vixerunt aut vixisse videntur: Asinius Quadratus. Pompeius iunior. [A. i. IX, 647.]

Caesar Germanicus. [A. i. VII, 73. 74.] Ad Tiberium Imperatorem IX, 387 ab Hesychio referri schol. cod. ait VII, 704 in Anth. Pal. et Plan. ἀδελφον. In hac tamen additur: οἱ δὲ Νέρωνος: quod non tetigit Iac. in Cat. pt. Prior tamen horum versuum iam ante Neronem proverbii vim obtinuit.

. Inter Philippum et Agathiam vixerunt aut videntur certe vixisse: Libanius in fine cap. VII, 747. In mediis capp. Iulianus Caesar apostata. Theo Alexandrinus IX, 41. VII, 292. IX, 491 App. 39. 40. Corrige ex hoc loco Ind. pt. in vocibus Theo et Theon. Andronicus. Ammonius. Ammonidas. Dele in Ind. pt. XI, 13—16, quae ad Ammianum pertinent. Claudianus. Leo philosophus [A. i. IX, 581.] Christodorus. Praeterea IX, 388 Plan. Demarato Spartano tribuit, qui ibi cum Hadriano confabulatur.

Inter Agathiam et Constantinum Cephalam vixerunt: Sanctus Sophronius Patriarcha. Sophron Patricius. Photius Patriarcha. Cometas Chartularius Scholasticus. — Constantini Cephalae ipsius fortasse est V, 1 prooemium epp. eroticorum.

*Poetae incertae aetatis.*

In fine capp.: Diophanes Myrinaeus. Glyco X, 124. Sic corrige Ind. poet. Rharus, cuius oblitus est Iac. in Cat. pt. In mediis capp.: Aceratus Grammaticus. Archias Macedo VII, 140 Byzantius 278 Mitylanaeus 696. IX, 19. 111. 339 (Junior IX, 91 in Phil. Cor.) Cetera Archiae sine nomine gentili, quibus adde in Ind. pt. VI, 192. [A. i. VII, 139. IX, 345—348. 351. 354. 357. X, 9.] Artemidorus Grammaticus. Besantinus Rhodius. Cyrillus. Demiurgus. Dioscorides Nicopolita. Evenus. In Phil. Cor. fuit Evenus Grammaticus IX, 251. XI, 49, fortasse idem atque Atheniensis IX, 602. Restant haec Evenorum epp.: Siceliotae IX, 62, Ascalonitae IX, 75, Eveni IX, 122. 717. 718. XII, 172. Plan. 165. 166. App. 22—24. Eunomianus, nomen fortasse hominein sectae Eunomianae significans. Nihil de eo dixit Iac. in Cat. pt. Eupithius Atheniensis. Gallus. Glaucus. Hecataeus Thasius. Laco.

Musicius. Hos tres Iac. non tetigit in Cat. pt. Nestor Nicaeensis. Oenomaus. Pinytus. Ptolemaeus. Sabinus Grammaticus VI, 158 in parte Cor. Mel. Tullius Sabinus IX, 410 in parte Cor. Phil. Hoc ep. Pass. cum Plan. Tullii Gemini legit neque dissensi supra. Nihil tamen impedit, quo minus statuatur, Tullium Sabinum et Sabinum Grammaticum eundem esse hominem, poctam Cor. Phil. Satyrus vel Satyrius VI, 11. X, 6. 11. 13. Plan. 153. 195. Thyillus vel Thyilus VI, 170. VII, 123. X, 5. Corrige ex hoc ind. Ind. poet. Incertum est, quum X, 5 Plan. Satyro Thyillo adscribat, utrum unum an duos poetas hic habeamus. Stephanus Grammaticus, non est in Cat. poet. In Ind. poet. pro IV, 385 scribe IX, 385. Tiberius Illustris. [IX, 371.] Tryphon. Xenocritus Rhodius. Zelotus. [A. i. IX, 31.] Zenobius Grammaticus. Zosimus Thasius. In Anth. Ceph. quam epp., tamen nomina poetarum non leguntur horum: Aeschryonis VII, 315, in cod. *ἄδ. οἱ δὲ Σιμων.*, Theophanis VII, 537. 539, quod cod. Persae tribuit, et XV, 14. 35, quod cod. Phaniae dat. Iam vides, non permultos poetas non demonstrari potuisse, unde sumserit C. Ceph., eorumque, si Archias et Evenos exceperis, plerumque unum tantum ep. exstare, quod ipsum rem reddit inexplicabilem. Accedunt epp. anonyma, circiter CCCL.

Scr. Berolini, m. Sept. MDCCCXLII.

G. Weigand Dr.